



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXVI. Markgraf Ludwig der Römer verschreibt dem Hermann Wael in Frankfurt das nächste in der Vogtei Lebus oder im Zolle zu Frankfurt oder Lebus sich eröffnende Lehn, am 13. Juni 1352.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LXXXVI. Markgraf Ludwig der Römer verschreibt dem Hermann Wael in Frankfurt das nächste in der Vogtei Lebus oder im Zolle zu Frankfurt oder Lebus sich eröffnende Lehn, am 13. Juni 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus romanus etc. Pensantes et considerantes fidelia obsequia et seruicia nobis frequenter exhibita firmiter et fideliter et in antea firmiter et fideliter exhibenda per prudentem et honestum virum hermannum waelen, ciuem in vrankenford, fidelem nostrum sincere dilectum, eidem talem gratiam presentibus facimus speciale, quod dumprimum et proxime in aduocata et terra nostra Lubucensi vacauerint siue fuerint in theloneo lubucensi aut vrankenford seu quomodocumque vacauerint, XII frusta reddituum ad nos libere deuoluenda per mortem militum, militarium vel ciuium et burgensium, quicumque fuerint in dicta terra et aduocata constituti, ipsa sine aliqua mora eidem conferre volumus et debemus et exnunc vt extunc ea ipsi et suis veris et legitimis heredibus conferimus iusto pheodi tytulo, a nobis cum omni honore, fructu, vtilitate, redditibus, iuribus et pertinentiis vniuersis habenda, tenenda et pacifice possidenda, sicut ea is possidet, per cuius mortem ad nos legitime deuoluentur, Volentes quancumque vacauerint, vt supra dicitur, quod idem hermannus aut sui heredes possessionem ipsarum nancisci valeant et se propria auctoritate nobis irrequisitis intronittere de eisdem presentium testimonio litterarum. Presentibus ambobus Swarczburg, Jo. de kothbutz, went de yleburg, Ludowico de wedel, hassone de wedel, hennyngo de vchtenhagen, militibus, et thid. Mörnero, preposito Soldynensi, cum ceteris. Datum vrankenford, anno L secundo, feria III infra octauas festi Corporis cristi.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Wilmshenberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 4.

LXXXVII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht dem Bürger in Frankfurt, Heyno Pulewangen, zwei Stücke jährlicher Hebungen aus dem Zolle zu Lebus, am 13. Juni 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus romanus etc. Prudenti viro heynoni pulewangen, cui nostro in vrankenford, fideli dilecto, et suis veris et legitimis heredibus Contulimus et conferimus per presentes duo frusta annuorum reddituum, sita in theloneo lubucensi, que a discreto viro Eberwyno eymbek, ciue ibidem in vrankenford, iusto emptionis tylulo sua pecunia comparauit, quibus libere ad vsum et vtilitatem dicti heynonis in nostra presentia renuntiauerat viua voce, tenenda a nobis iusto pheodi tytulo et pacifice possidenda omni iure, modo et forma, quibus idem Eberwinus ea a fratre nostro karissimo domino Ludovico seniore, marchione Brandenburgensi, et a nobis habuit, tenuit et possedit, Juribus nobis in dictis duobus frustis competentibus semper saluis etc. Presentibus ambobus Swarczburg, Jo. de kotbutz, went de yleburg, Ludowico de wedel, hassone de wedel, hennyngo de vchtenhagen, militi-